~~590.~~
668.

STGT 72

as cat 6 no 25

[illegible] 95-page
[illegible]
[illegible]
containing costs
documents and [illegible]
rival projects [illegible]
[illegible] Fontana [illegible]

# SAC. CONGREG. RIPARVM TYBERIS

## Romana Remunerationis

## PRO ILLVSTRISS. D. CORNELIO MEYER:

## Memoriale:

EM.ME ET REV.ME D. REparatio ripæ Tyberis ante Vineam Papæ Iulij, quæ ob imperum fluminis certam ruinam minabatur Viæ Flaminiæ extra Portam Populi fuit commiſſa Illuſtriſs. D. Cornelio Meyer nobili Amſtelodamenſi ab hac Sac.Congregatione facienda tamen omnibus expenſis Reu.Cameræ cum premiſſione magni muneris poſt abſolutum opus Paſſonatæ demandatæ, & eo maior ſpes illi fuit facta amplisſimi præmij, cum ipſe ſponderet ſe ripam reparaturum impenſa non vltra ſcuta decem millia, cum alij Architecti Romani neceſſaria peterent vltra ſcuta octoginta millia prout Eminentiſs. DD. benigniſſimè recordari poſſunt,& teſtatur R.P.D.Berninius in relatione deſuper facta Sanctiſſimo *Summario num.1.*

Confecit D.Meyer aggerem ſeu Paſſonatam,reſtituitque ſecuritatem labenti ripæ, liberando alueum fluminis ab ingentibus Saxis,& ruderibus antiquis auertendo cuneum aquarum à Ripa offenſa, illumque conuertendo aduerſus ripam oppoſitam,vt omnibus patet,nam ingens ille ſinus aquarum à flumine excauatus,hodie repletus eſt ſaxis,arena & denſiſſimo ſaliceto,quò ſtabilita eſt Paſſonata.

Hæc autem omnia fecit D.Meyer tanta œconomia,cum adſiſtentia duorum filiorum, vt ad eius manus non peruenerint præter ſcuta 7786. 19. expenſa in operarijs, & cæmentis neceſſarijs diligentiſſimè notatis ſingulis diebus in libro ad hoc deſtinato,recenſendo ſingillatim venditores, qualitatem, & pretium prout in eius reſtrictu *Summ. num.2.* cui emptioni cæmentorum,& ſolutioni,ac retentioni computorum Reu. Cam. deputauit Miniſtrum, qui ſpecialiter adſtitit,deſcripſitque in libro ad hunc effectum à ſe retento, & in fine operis ſuum librum exhibuit Eminentiſs.D. Ginetto tunc Theſaurario, & reperitur in Computiſtaria Camerali penes D. Io: Baptiſtam Valentem penes quem adſunt etiam 74. receptæ originales pro iuſtificatione omnium in libro deſcriptorum, & adeſt etiam ſubſcriptio dicti Miniſtri,& de omnibus atteſtantis *Summario num.3.* & ſingulæ partitæ librorum fuerunt confrontatæ de ordine R.P.D.Buſſij tunc Secretarij huius Sac.Congregationis,& exactiſſime congruere repertæ ſunt *Summario nu.4.* Verum quia æſtimatio lignaminum facta à D. Equite Carolo Fontana controuertebatur à Reu. Camera mandauit Illuſtriſs.Congreg.Cameralis D.Colonnello Iulio Cerruto,& P.F.Ioſepho Paleæ, vt iterum ea æſtimarent,& in pede computi regiſtrati in prædicto libro legitur eorum relatio *Summario num.5.* & non acquieſcentibus Appaltatoribus lignaminum,qui nomine Reu. Cameræ ea dederant D. Cornelio Meyer fuit electus tertius peritus, qui in Congregatione Camerali dedit ſuam peritiam *Summ.num.6.* & tandem Reu.Camera ordinauit ſatisfactionem.

Sed quia D.Meyer in alijs cæmentis, & operarijs iuxta partitas dicti libri erat creditor pro expenſis à ſe factis in ſcutis 276 08. ÷ bonificatis reliquis receptis reportauit ab Eminentiſs. D.Card. Ginetto Theſaurario die 20. Nouemb. 1679. ſolidationem computorum *Summario num.7.*

Abſoluta paſſonata,& adeo exacta diligentia ſolidatis rationibus de tota impenſa D. Cornelius Meyer penes Illuſtriſs. DD.Camerales inſtetit, vt promiſſum præmium largirentur,ſed diu nec ſatis lucratus eſt, ſemper enim in concluſione reportabat reſponſiones neſciri quid,& quantum ſibi fuerit promiſſum; Quapropter ſupplex recurrit ad benigniſſimos,& Eminentiſſimos DD.meos,& hanc Sac. Congregationem, vt declarare dignetur promiſſum præmium ea magnificentia quæ ſit digna S.Sedis erga Nobilem Hollandum;& congruat cum ampliſſimis promiſſis ſibi factis & operi inexpectato ſucceſſu abſoluto ſub auſpicijs huius Sac. Congregationis quam tamquam Actricem operis ſperat habere in benigniſſimum,& æquum Iudicem, & humillime ſperat.

De remuneratione enim,& largiſſimo præmio dubitari non contingit,non ſolum quia debetur de Iure humana,& diuino, ſed etiam quia hæc Sac.Congregatio ampliſſimum pollicita eſt,vnde tamquam in genere Conuentum debet à Iudice arbitrari *Rota coram Dunozet.Iunior.deciſ.863.nu.4.* Sed Iudex in taxatione debet ſequi regulas Iuris,quæ ſunt. Primo: Conſideratio,& reſpectus ad qualitatem perſonæ;2. ad qualitatem laborum,& ad induſtriam;3.ad rationem temporis;4.Si operarius impendit totum hominem;5.& ad qualitatem loci. *Zacch.de Salario queſt.9.à n. 39.* vſque ad finem ex benignitate videu.Iſtæ autem qualitates in ſublimi gradu concurrunt in D.Meyer.

Prima enim qualitas perſonæ eſt omnino Illuſtriſſima, non ſolum quia eius frater pro Republica Hollanda eſt Gubernator in Regnis Indiæ Orientalis,& hæc familia eſt Nobilis,& ex Optimatibus Amſtelodamenſibus.& etiam opulenta,& in Patria melioribus commoditatibus vtitur,ſed etiam quia ipſe D.Cornelius eſt induſtrius Architectus, & ingeniarius per Europam notiſſimus adhibitus in Lacunis Venetis,& in Portu Piſano, & fuit requiſitus à Rege Hiſpaniarum,& alibi pluries,& ſui ingenij præſtitit Romæ clara teſtimonia non ſolum in confectione Paſſonatæ,ſed etiam in alijs operibus pluribus,*& præcipue in confectione magni libri ſuper reſtituenda nauigatione Tyberis, qui datur*,vt ex eo dumtaxat præfulgeat ingenium,& qualitas doctrinæ in iſto Architecto vigens; Iſta enim qualitas docti, & Sapientis Viri multum conſiderari debet in taxatione ſalarij *Zacch.dicto tract.dicta.q.9.n.44.& 45.& q.10.nu.7.* vbi enim adeſt magna ſcientia,& intellectus,maius debetur ſalarium *Zacch.dict.tract.q.64.n.26.*& latius *q.102.n.6.* vbi plures allegat.

Secunda qualitas operis eſt maxime conſideranda, quia temporibus S. M. Alexandri VII. & vtriuſque Clementis alluuio Tyberis erat adeo magna,vt prorſus deliberandum videretur de remedio neceſſario, quod amplius differri non poterat; agebatur enim de euidenti periculo ruinæ Viæ Flaminiæ Romanarum nobiliſſimæ, & frequentiſſimæ,quæ ruina erat adeo æſtimanda,vt hæc Sac.Congregatio, & Reu.Camera cogitauerit de committenda reparatione magnis impenſis ſcutoram vltra octoginta millia,& iam agebatur de concludendo pro ſcutis ſexaginta millibus, credebant enim Architecti Romani eſſe neceſſarium facere ingentem abſciſſionem ripæ, vt flumen auerteret ſuum curſum à ripa offenſa; imo aliqui Architecti auſi fuiit proponere mutare alueum Tyberis quod fuiſſet impendioſiſſimum *Summario d. num.1.* Sed cum malum ingens eſſet,& de die in diem fieret irreparabilius fuerunt etiam requiſiti alij Architecti exteri de eorum ſententia quam propoſuerunt varijs ſcænographijs,ſeu vt dicunt, *con diſegni*, & cum adhuc ſuper expenſa,& modo non conueniretur, & neceſſitas vrgeret fuit accerſitus ad Vrbem ex Ciuitate Ferrariæ D.Hippolitus Nigreſoli Architectus celeberrimus, & nihilominus aliquid quod ſatisfaceret non propoſuit, cui tamen Reu.Camera vltra largiſſimas expenſas commeatus, & itineris cum illum per aliquot menſes ad hunc effectum Romæ detinuerit dedit etiam munificum præmium, adhuc tamen remanente ripa, Tyberis inuaſionibus obnoxia. Cum tamen Romam adueniens D. Meyer illam reparandam promiſerit, & præſtiterit impenſa non vltra ſcuta octo millia,& nihilominus nihil adhuc conſequutus eſt poſt octo annos quibus Romæ vixit ſuis expenſis huic tantum negocio vacans.

Labor autem hic conſiderandus longè maior fuit quam recenſeri poſſit, quia licet videretur arduum opus hoc eſſe

in medijs aquis Fluminis ſatis rapidi, & profundi, ita vt Æmuli deriderent audax ingenium D. Meyer, attamen noua arte, & prorſus hic incognita auertit curſum aquarum, quem dicunt *il filone del fiume* vnico aggere, vnde aquæ cœperunt deſiſtere à corruſione ripæ, & quoniam alueus fluminis erat impeditus magno ſaxo, ſeu antiquo ædificio in medijs aquis prominente, iſtud celerrime circumdedit, magna arte rupit, & euulſit, & contrariam ripam ob quam deflexerat ad iſtam noſtram offenſam adeo debilitauit, vt de die in diem cœperit ruinam pati, & Tyberi librum curſum reddiderit. Hinc ordinauit paſſonatam ſtudio, & ingenio ſingulari adſiſtendo per noctes, & dies vna cum duobus ſuis filijs expoſitus intemperiei aeris æſtatis, & hyemis vrgendo Operarios, comparando cæmenta, ligna, & alia neceſſaria indefeſſus, & tandem paſſonatam feliciter abſolutam conſtabiliuit ad inſtar ripæ naturalis quia illam corroborauit continuo Saliceto, alijſque arboribus, vnde ab altis radicibus innimul colligatis cum terra, hodie paſſonata ſtat inconcuſſa prout docuit euentus, quia per octoginta ſex alluuiones maximas Tyberis ſpatio octo annorum, non ſolum in aliqua parte non fuit offenſa (vt plerumque accidit) imò ab alluuionibus maius robur acquiſiuit, nam flumen in magno ſinu inter ipſam paſſonatam, & ripam noſtram iam depoſuit tantam quantitatem arenæ, argillæ, lapidum, & aliorum excrementorum fluuialium, vt totum illud ſpatium, quod iam erat multis palmis aquarum plenum hodie ſit interritum ſupra Orizontem aquæ Tyberis, adſiſtit enim D. Meyer aſſiduus quibuſcumque motibus aquarum, vnde intentum aſſicurationis ripæ aſſecutus eſt. Ille autem labor aſſiduus per tres annos fere, quibus operi faciendo inuigilauit, vt omittam ingentes vexationes quas paſſus eſt ab Æmulis, eſt ſummopere conſiderandus in taxatione remunerationis quæ debet adæquare labores, ad quos, & ad induſtriam, arbitrium Iudicis debet eſſe correſpectiuum *Zacch. dicto tract. dicta q. 9. n.* 46. 47.

Tertio conſiderari debet tempus nam D. Cornelius Meyer licet Amſtelodamenſis attamen Catholicus aduenit anno Iubilei 1675. Romam cum duobus filijs, vt conſequeretur Indulgentias, & inde rediret ad Patriam quam citiſſime, cum ibi non ſolum pluribus honoribus condecoratus eſſet, ſed etiam haberet tres alios filios, & res, & ſuppellectilem non ſpernendam. Sed cum deuotionis cauſa per aliquot dies Romæ commoraretur habita notitia ab hac Sac. Congregatione de qualitate perſonæ, & ingenij D. Cornelij ob relationes habitas de alijs operibus aquatilibus abſolutis Venetijs, & alibi & fuit requiſitus de ſua ſententia, quam cum in hac Sac. Congregatione propoſuiſſet, & docuiſſet modum quo potuiſſent noſtri Architecti perficere paſſonatam à ſe delineatam placuit illam retinere in Vrbe, vt ipſemet opus, quod propoſuerat perficeret prout fecit ſpatio fere trium annorum, quod tempus eſt conſiderabile, imò illi addendum eſt reliquum vſque nunc, quo lapſi ſunt octo anni, cum non ob aliam cauſam permanſerit Romæ, & vni huic operi dumtaxat incubuerit, vnde ſibi ingentes expenſæ obuenerunt per tantum tempus, ad quod benignus Iudex debet animum aduertere. *Zacch. d. tract. q. 9. n.* 48.

Quarto conſiderandum eſt quod D. Cornelius impendit totum hominem, imò & adhibuit duos filios, & omnes aliud non egerunt quam huic operi incumbere; non enim aduenæ, & hic ignoti alio negotio poterant vacare: quod maxime notandum eſt, dum eadem ratio non militat in alijs Architectis Vrbis, qui multos habent amicos, & quotidie ab omnibus adhibentur in fabricis, & plerumq; habent certos Magnates, & Monaſteria, & quod plurimum refert habent proprium domum, & familiam hic; Vnde vacantes pluribus operibus ſplendide viuunt, & bene lucrantur; Sed D. Cornelius præter hoc vnum opus fuit Romæ otioſus (ſi poteſt dici otium continua eius agitatio pro hac re) & ideo etiam ad hoc eſſe reſpiciendum ait *Zacch. d. tract. & d. q. 9. n.* 49.

Quinto conſideranda eſt qualitas loci, fuit enim detentus D. Cornelius Romæ, Ciuitate magnifica, & diſpendioſa, in qua vixit, & viuit proprijs expenſis abſque alio prouentu, & lucro, imo ob magnam diſtantiam Amſtelodami ſuæ Patriæ quæ non habet commercium Mercatorum in Vrbe, vt faceret venire pecunias in ſui ſubſtentamentum paſſus eſt ingentia intereſſe, & damna ratione Cambiorum, & quoniam non raró habere pecunias non potuit in tempore coactus eſt vendere Perlas, Adamantes, & alios lapides pretioſos quorum notulam humillime porrigit conſiderandam Eminentiſſimis DD. *Summario n.* 8. vt ex ea poſſint cognoſcere quam grauia damna paſſus fuerit iſte Nobilis exterus, vltra maiora damna paſſa Amſtelodami quia ob adeo eius diuturnam abſentiam ſuæ res ibi fuerunt, & vadunt de malo in peius, prout per epiſtolas iuſtificari poterit.

Quantitas autem præmij eſt in arbitrio Eminentiſſimorum DD. qui illud in pectore ſibi reſeruarunt, & quibus humillime ſupplicat D. Cornelius, vt benigne reflectere dignentur ipſum reliquiſſe propria negotia, vt huic operi incumberet, quod prudenter conſiderat *Zacch. d. tract. q. 10. n.* 46. & inſuper vixit ſuis expenſis per adeo diuturnum tempus, quod certe repugnat rationi, vt qui alienis fatigatur negocijs ſuis ſumptibus viuat *Zacch. d. tract. in proœm. n.* 6. Quapropter præmium non ſolum debet eſſe correſpectiuum ad ſupradicta, & præcipuè ad expenſas, & damna paſſa, vt ſe aleret Romæ; ſed etiam debet expenſas pro ſui ſubſtentatione factas excedere, vt de eo quotannis aliqua portio in ſenectutem ſeruari poſſit, vt optimè, & diſcretè admonet *idem Zacch. vbi ſup. in proœm. n.* 16.

Quinimo poterit argumentari quantitas præmij ab vno dato D. Franciſco Calamo Agrimenſori, qui paucas horas impendit in menſuratione non totius Paſſonatæ neque illius magni ſinus a flumine excauati, ſed dumtaxat in menſuratione quatuor petiarum terreni, quod D. Cornelius magna arte reciderat à Vinea D. Marchionis Torres, & DD. Altouiti & nihilominus Agrimenſori Illuſtriſs. D. Theſaurarius fecit ſoluere ſcuta quinquaginta *Summario n.* 9. Quapropter ſi ſimplex Agrimenſor tantum lucratus eſt ſola menſuratione paucis horis abſoluta, multo magis vberius debet eſſe præmium D. Cornelij Meyer Viri Illuſtriſſimi Sapientis exteri, & qui per octo annos non menſurauit dumtaxat milles totam Paſſonatam, ſed omni die, imò bis, & ter ad eam iuit, & à ſe ſtat cooperatus eſt ad terminos *l. 4. in fin. ff. quod vi, aut clam.* reflectendo etiam ad magnificum modum quo Reu. Camera egit cum D. Nigrelolo Architecto Ferrarienſi, qui fuit accerſitus ad hunc effectum, & dimiſſus non ſolum expenſis Reu. Cam. ſed cum præmio cum tamen nihil conc[l]uſerit quod certe arguit eo magis deberi D. Cornelio, qui opus ſua induſtria, & nouo modo abſoluit.

Et præmium promiſſum eo magis debet augeri conſiderando ingens beneficium quod fecit D. Cornelius in œconomia, comparatione, & vſu cæmentorum, nam primo hic Romæ practicabatur ſingulis paſſonis aptare punctas ferreas quatuor iulijs cum ſolitas, has D. Cornelius non ſolum non adhibuit, ſed in monſtrando nouum modum aptandi punctas paſſonorum hodie Architecti amplius punctis ferreis non vtuntur. Secundo; Architecti vtebantur clauis ferreis librarum duarum cum dimidia D. Cornelius vſus eſt clauis mediæ libræ. Tertiò, paſſonis quos dicunt Carraricios emi ſolebant ſcutis 1.50. D. Cornelius quos adhibuit, emit baioc. 60. Quartò Architecti in faciendis paſſonatis ponebant palos contiguos ad inuicem, & D. Cornelius docuit, & practicatus eſt ponere palos diſtantes palmis quinque, quæ omnia ſi contigiſſet fieri paſſonatam iuxta conſuetam artem Architectorum noſtratium aſcendiſſent ad ſcuta 14756.50. cum tamen D. Cornelius tantum impenderit ſcuta 9500. —— vnde reſultat fuiſſe expenſas minores in ſcutis 15256 50. vt in computo veriſimili quod ad ingentem iſtam vtilitatem demonſtrandam damus *Sum. n.* 10. Quibus omnibus accedere debet ingentes expenſæ quas annuatim effugit Reu. Camera quia ad dictam rationem in paſſonatis Fiumicini, & alibi poteſt expenſas moderari.

Dum autem D. Cornelius iſta repreſentaret Illuſtriſs. Cameralibus, & dum maximé ſperabat poſt varia promiſſa obtinere ſuum intentum, incidit in vexationem ſi quidem menſe Septembris 1683. per memoriale cæcum fuit erronee ſuppoſitum paſſonatam eſſe debilitatam, & non poſſe diu ſtare; Quapropter DD. Camerales animo cognoſcendi eius firmitatem euulſerunt in non nullis locis aliquot paſſonos de maioribus, reciderunt multas Salices, & quidem in

loc[is]

locis periculoſis,& cum euidenti periculo ne malum quod non aderat eueniret ; Quapropter fuit habitus recurſus
ad Illuſtriſs.D.meum Rattam Sac.Congregationis Secretarium,qui inhibuit ne vlterius procederetur in cuſtione
paſſonorum,& in reciſione Salicum,& benigniſſime interueniendo deſcriptioni mādauit,vt reponeretur in pristinum
expenſis eiuſdem R. Cameræ ad cuius inſtantiam diligentiſſimè inſpecta, obſeruata,& deſcripta fuit paſſonata,accu-
ratiſſime deſcribendo fluminis alueum antiquum,& modernum,& de palmo in palmum manu commenſurando cum in-
terueniētia omnium Architectorum Reu.Cameræ,fuitque reperta paſſonata in optimo ſtatu,imo tantæ fortitudinis,vt
deuenerit vti dicunt *à continente*,& robuſtior quam ſi eſſet ripanaturalis ob ſalicum,& arborum radices, itaute præ-
cipuè plenario interrimento totius ſinus à tergo paſſonatæ,prout ex eius deſcriptione *Summario num.*11. & poterit
ampliſſime teſtari Illuſtriſs. D.Ratta,& comprobauit euentus,quia in quatuor acceſſibus a die primæ deſcriptionis,
quæ fuit 9. Septembris 1683. vſque ad diem 22. Ianuarij 1684. fuit reperta in optimo ſtatu licet interim Tyberis
maximis alluuionibus per totam hyemem excreuerit,& res ipſa loquitur,vt patet intuentibus .
Sed quoniam huiuſmodi deſcriptionis occaſione Solertiſſimus Architectus D.Matthias de Roſſi neſcimus ad quem finem
voluit æſtimari paſſonatam iam interritam,& iuxta ſtatum præſentem,illud multum vtile credo D.Cornelio Meyer
quia ex iſta æſtimatione poterit hæc Sac.Congregatio dignoſcere magnam induſtriam , integritatem ſummam , &
meritum ſingulare D.Cornelij,qui optimum opus fecit œconomia incomparabili, & tanto ſtudio erga S.Sedem, vt
etiam poſt factum oculatiſſimus Architectus etiam nolens multas partitas huius operis pluris æſtimauerit iuxta
regulas Architectorum noſtratium,prorſus inexpectatum . Sed antequam ad ſingulas partitas æſtimationis factæ à
D.Matthia deueniam cogor notare erroneum ſuppoſitum quod ipſe aſſumit conſtituendum D. Cornelium Appalta-
torem paſſonatæ,quia hoc non ſubſiſtit,& nullibi probatur, neque de hoc adeſt inſtrumentum appaltus , prout ſem-
per in ſimilibus ſolitum eſt fieri à Reu.Camera,& Eminentiſs.DD.benigniſſime recordari poſſunt paſſonatam fuiſſe
commiſſam D.Cornelio ab hac Sac.Congregatione, vt illam faceret expenſis Reu. Cam. quæ agnoſcendo difficulta-
tem ſatisfaciendi ſingulis diebus Operarijs,quibus neceſſe fuiſſet cum mandatis D.Cornelij ſubſcribendis à D.The-
ſaurario,& Computiſta adire Depoſitarium , Ideo precibus coegit D.Cornelium,vt iſtud onus ſatisfaciendi Opera-
rijs,& alijs expenſis minutioribus in ſe ſumeret,vt fecit,& quoniam Reu.Camera volebat in hoc ſubleuare ipſum
D.Cornelium,conſtituit vnum Miniſtrum,qui notaret omnes expenſas,vt ſupra *Summario dicto nu.*3. & cuius liber
fuit tanta diligentia,ſcriptus,ſubſcriptus iuratus confrontatus,& approbatus,imo R P.D. Beraldus teſtatur de con-
trario *Summario dicto n.*1.ibi --- *ſe ne daſſe la direttione al ſudetto Cornelio à ſpeſe della Camera Apoſtolica*, Imo tan-
tum adeſt D.Cornelium accepiſſe in appaltu hoc opus,vt potius apparcat contrarium quia Reu. Camera ſoluit pre-
tium lignorum,terræ,& aliorum *Summario dicto nu.*9. Vlterius itamet æſtimatio,& petita redditio rationum, quæ
vt ſupra fuit præſtita excludunt appaltum,quia Appaltator alicuius operis faciendi non tenetur reddere rationem
ſummæ conuentæ,ſed dumtaxar tenetur præſtare factum promiſſum; ſed hac a·leo ieut aſſertione D. Matthiæ reiecta
breuiter perſtringam illius æſtimationem quam ipſe in ſeptem partes diuiſit ; vtar autem verbis artis , vt olim Vi-
truuius tractaturus de Mechanica,& Architectonica vulgaribus verbis vſus eſt .
Primò enim,*per riempitura della Paſſonata* calculat ſcuta 1531.41. *Summario nu.*12.*lit. A.* in hac partita aberrauit quia
D.Cornelius impendit *per la ſola faſcina ſaſſi,e conduttura,& Operarij* ſcuta 2335.37. *Summ. dicto n.*2.*lit.K.L.& M.*
Quare autem adſit differentia ipſe ingenuus D.Matthias fallus eſt dicendo in fine partitæ ſic: *Dichiarandomi, che*
*l'altezze delle riempiture delle medeſime,&c. ſono ſtate propoſte dalla profondità eſpreſſe dalla ſopradetta miſura dal Sig.*
*Cauallier Fontana,&c.le quali due partite da me non ſono ſtate viſte mentre ſi faceua l'operatione.* Si igitur D.Matthias
ad fuiſſet confectioni operis,vt adfuit D.Cornelius,& ſpecialis Miniſter Reu.Cameræ,qui dietim notabat ſingulos
faſciculos ſarmentorum ſaxorum , & aliorum cæmentorum *per la riempitura* , vt probatur *Summario dicto num.* 3.
potuiſſet certiorari de quantitate .
Secundò,ſuppoſuit *per legnami,paſſoni,trauicelloni,filagnoni,&c.* fuiſſe impenſa ſcuta 1526.10.at.D.Cornelius ex pecunijs
ſibi ad hunc effectum ſolutis emit dumtaxat ligna ſcutis 541.92. *Summario dicto nu.*2. *litt.A.* reliqua vero fuerunt
tradita à Reu.Camera ex proprijs Magazenis, & æſtimata inter ipſam Cameram, & Appaltatores , vt in *Summario*
*dict.n.*5.& 6. Cum igitur D.Cornelius diligentiſſime notauerit dietim à quo, & quibus emerit ligna pro dictis ſcu-
tis 541.92.& pro quibus dedit originales receptas in Camera non debet attendi hæc æſtimatio facta per ſcanda-
glio ; præcipuè ſtante quod hæc ligna de tempore deſcriptionis , & æſtimationis factæ à D. Matthia non erant am-
plius expoſita viſui,vt legitur in deſcriptione *Summario dicto n.*11.*litt.B.* ibi --- *ci ſono num.* 4. *guide per fuori, che*
*pigliano la longhezza della paſſonata,&c.con ſue catene quali non ſi vedono per eſſere coperte , &c.* & intra *Paſſonata* ,
*che ſegue,&c. nella quale vi ſono num.*37.*paſſoni,&c.e nel rimanente della paſſonata li paſſoni non ſi veggono, perche*
*reſtano coperti nel corpo di eſſa*, & ita dicitur in reliqua deſcriptione,& ſic eius æſtimatio facta per vn ſottoſopra non
poteſt attendi in concurſu alterius factæ à D.Colonello Cerruto , & F.Ioſepho Palea , & D. Io. Antonio de Rubeis
tertio Perito tēpore quo paſſonata erat diſcoperta,& libera,& quo fuit diligentiſſime inſpecta,deſcripta,& numerata.
Tertio *per la mettitura in opera de i paſſoni,e trauicelloni* calculat ſcuta 845.70.at. D.Cornelius dumtaxat ponit ſcut.642.
34.& pro vno homine(hoc fuit magnum compendium expenſarum)ponit alia ſcuta 73.20.in totum ſcuta 715.54.---
ex hoc reſultat quanta ingenuitate,& diligentia notauerit omnia D. Cornelius.
Quarto ponit ſcut.634.93.*per guide,catene,coperchio della paſſonata,e loro mettitura* iſtam partitam D.Cornelius non po-
ſuit,quia quoad guidas,& catenas comprehendit eas in partita lignaminum, quoad mettituram diſtinxit operarios
vt in fabros lignarios,&c.pro quibus dumtaxat poſuit ſcut. 258.94.vnde reſultat exactius computum D.Cornelij.
Quinto ſupponit vnam partitam ſcut.200.*per hauer ſcauato il terreno nella ripa della parte oppoſta* , Hæc prorſus eſt erro-
nea; ſed excuſabilis eſt D.Matthias,quia candidiſſime declarauit ſe in fecille ad relationem D.Equitis Fontanæ, & à
ſe non fuiſſe viſam operam,& laborem:ibi ---- *e così medeſimamente per le ſcauationi del foſſo, & eſcauationi del ter-*
*reno ſudetto le quali due partite da me non ſono ſtate viſte, &c.* ſi enim vidiſſet hoc non aſſeruiſſet quia D. Cornelius
impendit ſcut.2031.26. --- d *Summario n.*2. *litt.P. Q. & R.* prout iuſtificatur per ſingulas partitas dietim notatas
in dicto libro retento,& ſcripto à Miniſtro Reu.Cameræ, qui recenſebat omnes operarios, & ad quam rationem
qualibet die illis merces ſolueretur . Patet igitur error in facto D. Matthiæ non bene informati ne quidem de
quantitate terreni abacti , qui ſi ſciuiſſet ablatas fuiſſe petias quatuor terreni vtique ex magna ſua peritia aliter po-
tuiſſet iudicare cum ſingulæ petiæ terræ non adeo de facili excauari poſſint modica impenſa , quia dictæ quatuor
petiæ terræ menſuratæ ab Agrimenſore Reu.Cameræ habita ratione ad altitudinem,latitudinem,& profunditatem
conſtituunt cannas cubas 4232.quæ non poſſunt excauari,& amoueri,& tranſportari de vna ripa ad aliam impenſa
ſcud.200. vt patet ad ſenſum,imo ſi fuiſſent æſtimandæ iuxta morem communem ad rationem iuliorum quindecim
conflauiſſent ſcut.6348. *Summario d.n.*10.*litt.A.* cum tamen D. Cornelius ingenua vigilantia ſua expenderit dicta
ſcut.2031. 26.
Sexto, ponit partitam clauorum *Summario d.n.*12.*litt.E.*pro ſcut.480.at D.Cornelius dumtaxat in ſuo libro non per viam
ſcandagli,ſed numerando ſingulas libras ferri;& clauos poſuit dumtaxat ſcut.149.60. --- *Summario d.n.*2 *litt.F.*Vn-
de colligitur ineſtimabile vtile,magnæ parſimoniæ qua vſus eſt D Cornelius in ſeruitio S. Sedis, vt ne quidem poſt
perfectum opus credibile ſit ſe potuiſſe adeo paruo pretio paſſonatam abſoluiſſe,vt D.Matthias optimus , & ocula-
tiſſimus Architectus præ ſua ſumma peritia multo plura crediderit impenſa .

Septi-

Septimo tandem ſupponit ad relationem D.Equitis Fontanæ *per ſcauare il ſaſſo,ò m iſſo antico di muro* fuiſſe impenſa ſcut.
400.hic d ſunt ſcut.50.nam D.Cornelius impedit ſcut.450. vt ex diſtinctiſſimo computo regiſtrato in dicto libro,
& quoniam defectus eſt in paruo ſtandum eſt exactiori deſcriptioni , & eo magis quia D. Matthias ſe refert ad D.
Fontanam . Nihil igitur ponit in eſſe dicta noua æſtimatio D. Matthiæ quia non vidit neque videre poteſt hodie,
ſingula ligna,neque *li fondi,* qui præcipue ſunt inequaliſſimi,neque operas,neque alia cæmenta adhibita,& cum æſti-
mauerit per ſcandaglio attendenda non eſt *Cyriac.controuerſ.61. n.4.* & abſque dubio quando Peritus fatetur rem
æſtimatam non vidiſſe *Rot coram Amat. Dunoz. deciſ 325. num. 15.* & non ſufficit ſi dicat ſe habuiſſe reſpectum ad
tempus præteritum *Dunozet.deciſ.400. num.12.* & eo magis quia æſtimando ad alterius relationem , & per ſcanda-
glio omiſit plures partitas,vt nolitum Barcarum,mercedes Nauicellariorum, impenſam ſaxorum , mercedem inter-
pretis deſtinati ab Illuſtriſs.D.Theſaurario,& R.P.D.Baſſio ; non enim ſciebat D. Cornelius loqui Italice , & alias
partitas omiſit diſtinctiſſime deſcriptas in dicto libro retento,& ſcripto à Miniſtro Reu.Cameræ dietim,cuius ſum-
marium eſt *in dicto num.2.* quoties enim habemus exactam partitam , & punctualem calculum iſta debet attendi, &
non alia facta tumultuarie,& per ſcandaglio poſt mutatum ſtatum rei æſtimatæ , & quo nequit haberi ocularis in-
ſpectio quæ alias legitime ab alijs peritis fuit habita:*Rot.deciſ.279. nu 4. & ſeq.p.4. tom.2. rec.* & quod non debeat
æſtimatio fieri per ſcandaglio,quando æſtimatio facienda cadit in rebus non vnitis,ſed diſtinctis ait *Rot.coram Amat.*
*Dunoz.deciſ.921.n.1.*eſt enim relatio incerta *ibid.n.2. & deciſ.944.n.1.* quæ non debet attendi .

Attenta præcipue legitima calculatione facta magno ſtudio, & diligentia anno 1673. imo etiam iterata ſupputatione
*Summario n.5.& 6.*Quo caſu non eſt licitum refricare calculum,& redditionem rationum ſæpius agnitum. *Munoz.*
*de ratiocin.c.41.n.2.* quod eſt indubitatum dum non docetur de errore.*Munoz.ibid.n.23.*Imo hoc caſu errores magni
conuincuntur in iſto nouo Calculatore ad fauorem D. Cornelij .

Sed remouetur omnis ſcrupulus dum Reu.Camera deputauit Miniſtrum ad effectum dietim notandi ſingulas expenſas,vt
ſe annotaſſe teſtatur *Summario dicto n.3.*ibi ---- *mediante il mio giuramento,&c.le partite deſcritte nel preſente libro di*
*rincontro delle ſpeſe fatte,e legnami preſi,&c. notate da me, da carta prima fino à carta 120. ſono ſtate deſcritte fedel-*
*mente,& eſſattamente di giorno in giorno,come ſono occorſe, con hauer perſonalmente aſſiſtito al pagamento degli Opera-*
*rij,e de materiali,&c. & ho veduto, che ſono ſtate meſſe in opera alla mia preſenza , &c.* Quapropter huic Miniſtro à
Reu.Camera ad hunc effectum deſtinato , & adhibito , & atteſtanti de facto proprio credendum eſt quia eius fides
cenſetur approbata,& illi derogari non poteſt *Barboſ.axiom.51.n.3.*

Et multo magis quia Illuſtriſs.D.Theſaurarius exegit ab ipſo Miniſtro,imo,& ab ipſo D.Cornelio ſpeciale iuramentum
ſuper veritate partitarum,vt in principio libri legitur ex rogitu D.Matthei de Angelis Cancellarij Reu.Cameræ pa-
ter ſub die 20.Decembris 1678. quod iuramentum petitum,& præſtitum operatur, vt ſcriptura iurata ad inſtantiam
partis ſit legitima,& non poſſit impugnari.*Marcheſan.de commiſſ.p.3.cap.1. §.1. n.6. fol.mihi 186.*

Quæ omnia legitime ſunt canonizata per ſolidationem computorum factam per verba reſidualia *Summario dicto n.7.*qua
ſolidatione ſtante nequit inſtitui noua calculatio.*Munoz.de ratiocin.cap.41.à n.37.Maſcard.de probat.concl.1263.n.6.*
*Menoch.de arbitr.lib.1.centur.3.n.4.Gratian.diſcept.3.n.2.*& ſequitur *Rota coram Celſo deciſ.124.n.7. Rot.deciſ.101.&*
*224.n.5.poſt conſ.crimin.Farinac.& deciſ.193.n.3. coram Dunozet.Sen.* & eo certius quia dicta ſolidatio iterum fuit
agnita ab Illuſtriſs.D.Theſaurario,qui inherendo dictæ ſolidationi, & ſibi conſtito quod D. Cornelius adhuc non
erat ſatisfactus fecit poſteriorem ordinem aliorum ſcut.35.61. *per ſpeſe da eſſo fatte in maggior ſomma alla paſſonate.*
*&c. Summario n.vltimo.*Quæ agnitio ſolidationis,imo confeſſio adhuc D. Cornelium eſſe creditorem expenſarum à
ſe factarum in maiori ſumma remouet prorſus omnem difficultatem ſuperrecta,& legitima ſolidatione computorum
toties ſolidatorum,& ideo illis ſtandum eſſe firmiſſime *Rot d.382. n.10. p.5.rec.* & non hoc prætextu retardare præ-
mium debitum adeo nobili Architecto extero nato Catholico in terra Hæreticorum , & qui tanta ingenuitate fecit
opus eximium maxima parſimonia quod reputabatur diſpendioſiſſimum vltra ſcut. 80000.

*Franciſcus Maria Honoratus.*

Quare , &c.

---

## Sac. Congreg. Riparum Tyberis
## Romana Remunerationis .
## Pro ILLVSTRISS. D. CORNELIO MEYER.
## Summarium .

Summarium
Num. 1.
*Relatio Illuſtriſs. D. Bernini facta SS. ſuper difficultate reparationis Ripa corroſa à Tyberi,et promiſſione remunerationis facta D. Cornelio Meyer à Sac.Congreg. Ripar.*

HAuendo Noſtro Signore rimeſſo à me Segretario della Congregatione dell'Acque per infor-
matione il Memoriale preſentato per parte dell'Ingegniero Cornelio Meyer à Sua Santità
per ſapere quali foſſero i ſentimenti della Congregatione ſopra le ripe del Teuere in tempo della
glor.mem.di Clemente X. in occaſione,che ſi diſcorſe d'impedire il danno ineuitabile,che minaccia-
ua di fare il Teuere alla Via Flaminia trà la Porta del Popolo , e Ponte molle : Humilmente rap-
preſento à Voſtra Santità,che fu ſopra tal materia diſcorſo aſſai eſſendo l'operatione ſtimata diffici-
liſſima,e di gran ſpeſa, mentre nelle Congregationi fatte antecedentemente à queſta i Periti giudi-
cauano poter aſcendere chi à ſeſſanta,e chi ad ottanta mila ſcudi,e fù riſoluto , che ſe ne daſſe la
direttione al ſudetto Cornelio à ſpeſa della Camera Apoſtolica, & eſſendoſi diſcorſo ſe ſi doueua al-
l'iſteſſo dar proniſione, fù patimente riſoluto , che quando l'operatione riuſciſſe bene, e ſenza quel
gran diſpendio ſopr'accennato,come eſſo diceua volerla fare,che gli ſi ſarebbe data la douuta remu-
neratione,& eſſendoſi poi queſta condotta felicemente à fine con la ſola ſpeſa di dieci mila ſcudi,e
non hauendo hauuto ancora niuna rimuneratione, anzi eſſendoſi in tutto il tempo, che durò mante-
nuto à proprie ſpeſe,pare di giuſtitia,che venga ſodisfatto, e remunerato ſecondo i ſentimenti , e
dichiarationi fatte dalla detta Congregatione .

*P.F.Bernino Seg. della Cong.dell'acque.*

Num. 2.
*Reſtrictus computor. deſcript.in lib.retento à Miniſtro deputato pro parte R. Cameræ, qui liber eſt in Computiſtaria fol. 128. & iuratus.*

Riſtretto generale de'conti , e delle ſpeſe fatte per la Paſſonata fuori della Porta del Popolo
dalli 12.Marzo 1676. fino li 22.Ottobre 1678. come coſta dal libro maeſtro dato in Compotiſtaria
della Reuerenda Camera Apoſtolica.

A Legnami comprati con denari contanti da diuerſi Mercanti vengono ad importare ſc. 541. 92
B La portatura con le carrette delli ſudetti legnami, e di quelli ſono ſtati ſomminiſtrati
dalla R.Camera dalli Magazeni delli Mercanti ſino alla paſſonata ſc. 44.02
C La mercede delli Facchini per caricare tutti li ſudetti legnami ſopra le carrette ſc. 13.12
D La battitura con la mazza a mano delli paſſoni,che furono meſſi in quattro Pennelli,e

degli

degli altri legni,che furono poſti per orditura della paſſonata ſc.

E La battitura con il mazzabecco di tutti li paſſoni,che ſono andati nella paſſonata, come hoggi è eſiſtente,e di tutti gl'altri legni,che formauano la Caſſa attorno vn maſſiccio antico di muro,che fù leuato dal mezzo del fiume ſc. 73.20

F La ſpeſa fatta in chiodi ſc. 642.34

G La mercede degli Falegnami ſc. 149.60

H La ſpeſa fatta negli anelli per mettere ſopra li paſſoni,& in accette, ſeghe,martelli,pale, zappe,& altri ferrami ſc. 258.94

I La ſpeſa fatta negli funami ſc. 68.74

K La ſpeſa fatta in comprar la faſcina , & in farla condurre con le barche per fiume da Nazzano ſino alla paſſonata ſc. 16.78

L La ſpeſa fatta nel far tagliar li ſaſſi , e nel farli condurre con le barche per fiume ſino all'opera ſudetta ſc. 1797.84

M La mercede degli Operarij per hauer ſcaricato dalle barche tutta la ſudetta faſcina , e ſaſſi,e per hauer empito la paſſonata ſc. 367.30

N La mercede degli Operarij,ch'hanno cauato, e condotto il cretones, & empito le caſſe della paſſonata,che fù fatto attorno il maſſiccio di muro ſud. ſc. 180.23

O La mercede degli Operarij per hauer cauato tutta l'acqua dal riciuto della paſſonata ſudetta,e poi rotto il detto maſſiccio di muro, e cauato dal fondo del fiume tutta la detta paſſonata ſc. 120.37

P La mercede degli Operarij per hauer cauato vn foſſo lungo la Vigna del Marcheſe Torres,e leuato dal letto del fiume vna gran ſpiaggia d'alluuione ſc. 190.60

Q La mercede degli Operarij per hauer fatto vn taglio di terreno nella ſudetta Vigna di Torres di pezze due, e mezza,e d'vn altra pezza , e mezza nella ripa à piedi della Vigna de' Signori Altouiti ſc. 150.70

R La mercede degli barcaruoli , che con le loro barche hanno condotto tutto il ſudetto terreno dalle ripe ſudette ſc. 1499.63

S Compratura di barche grandi,e piccole, ſicome di mazze di legno cerchiate di ferro , mazzabecco,girelle,triuelli di diuerſe grandezze,haſte,picconi, e ruotatura di ferramenti ſc. 380.93

T Nolo delle barche grandi ſopra le quali ſono ſtati drizzati li Caſtelli delli mazzabecchi,e delle barche piccole ſc. 182.68

V Giornate delli Guardiani,ch'hanno cuſtodito l'opera,e le monitioni ſc. 251.36

X Il ſalario di tre anni in circa del Miniſtro Camerale Agoſtino Horatij,e del ſopraſtante Filippo de Michaelis,ch'anche ſeruiua per interprete, e ſcritturale ſc. 314.36÷

680.

7924.66÷

Num. 3.
*Miniſter deputatus à R.Camera teſtatur de veritate partitarum, & adſiſtentia ſua in deſcript. & ſolutione ſingularum.*

Io infraſcritto Miniſtro deputato per la Reu. Camera , e ſopraſtante alla Paſſonata fatta nel Teuere incontro alla Vigna di Papa Giulio conforme all'ordine ſpedito da Monſig. Illuſtriſs. Buſſi Segretario della Sac.Cong.delle Ripe ſotto li 3.Maggio 1676.faccio piena,& indubitata fede anche per mezzo del mio giuramento,come le partite deſcritte nel preſente libro di rincontro delle ſpeſe fatte,e legnami preſi nel magazeno à Monte Citorio,& altri comprati altroue à denari contanti dal Sig.Cornelio Meyer Ingegniere Olandeſe per ſeruitio di detta Paſſonata notate da me da carta prima ſino à carte 128.ſono ſtate da me deſcritte fedelmente,& eſattamente di giorno in giorno,come ſono occorſe con hauere in oltre aſſiſtito perſonalmente al pagamento degli Operarij, e delli materiali,come anche delli legnami,faſcine,chiodi,& altre coſe comprate,& ho veduto , che ſono ſtate meſſe in opera alla mia preſenza, e per eſſer queſta la verita hò ſottoſcritta la preſente di mia propria mano queſto di 6. Agoſto 1678.

*Io Agoſtino Horatij mano propria.*

Num. 4.
*Liber ſcriptus à Miniſtro Reu. Cameræ fuit confrontatus, & in eo eſt deſcriptus creditor D. Meyer in ſc, 286.08÷.*

Hauendo io infraſcritto d'ordine di Monſig.mio Illuſtriſs.Buſſi eſattamente reuiſti i conti della ſpeſa fatta dal Sig.Cornelio Meyer Ingegniere Olandeſe del lauoro della Palificata fuori Porta del Popolo portata nel preſente libro cartolato ſino à carte num.128.hò trouato, che tutte le riceuute confrontano alla giornata deſcritta nell'iſteſſo libro,e che detta ſpeſa aſcende à ſc.7924. b. 66÷ ancorche in conformità delli mandati paſſati da Monſig. Illuſtriſs. Ginetti Teſoriero generale non ſiano ſtati riceuuti da detto Sig.Cornelio,che ſc. 7648. 58. di modo, che il detto Sig. Cornelio hà ſpeſo più di quello hà riceuuto ſc.276.08÷ Onde in fede della verità ne faccio la preſente atteſtatione. Roma queſto di 19. Decembre 1678.

*Io Lodouico Vanni atteſto quanto di ſopra mano propria .*

Num. 5.
*Aeſtimatio lignaminũ facta ad inſtantiam R.Cameræ, à D.Colonello Cerruto, & à P.Ioſepho Palea.*

Nota delle partite di legnami dati da Domenico Sbordone,& Andrea Protani per ſeruitio della Palificata del fiume fuori di Porta del Popolo copiate dall'originale preſentato in Camera,e valutate dal P.F.Giuſeppe Palea con l'aſſiſtenza del Sig.Colonello Giulio Cerruti Periti eletti dalla Sac.Congregatione Camerale .

A di 10.Marzo 1676. Filagnoni di palmi 27.num.2.à baioc.30. l'vno

Detti di palmi 18.num. 20. à baioc.15. l'vno. 60

*Seguitano le partite delli altri legnami deſcritti miſurati, e ſtimati ad vno ad vno,& in fine legitur.* 3

Tutto il ſopradetto legname è ſtato dato con ordine di Monſig.Illuſtriſs. Ginetti Teſoriero generale per ſeruitio della Palificata di fiume fuori della Porta del Popolo dalli 26. Maggio paſſato ſc. 1253.85

Noi ſottoſcritti Periti eletti dalla Congregatione Camerale , e da Monſig. Illuſtriſs. e Reuerendiſs.Ginetti Teſoriero generale di N.Sig.Innocentio XI. per apprezzare , e valutare li detti legnami della qualità ſopradetta , & hauendo ben conſiderato ſicome dice la medeſima Scrittura li valutiamo di commun conſenſo per ſcudi mille ducento cinquanta tre,e b.85.come à partita per partita nel conto ſteſo ſi può vedere . Dico ſc.1253.85. moneta .

*F.Giuſeppe Palea Domenicano mano propria.*

Num.6.
